

cing. d. resolut. 3. de procuratoribus, per totam, & aliis sup. num. 12. relatis; adactere namque debuisse, id ius hodie apud nos penitus obsole- tum esse, cum quoruncumque vxoris bono- rum, etiam paraphernalium secundi generis, ad- ministratio marito concessa sit, nec per vxorem, vel eius heredem impugnari possit, vt & in ter- minis iuris communis quoad paraphernalia pri- mi generis, seu illa, quae ex tacita vxoris per- missione, puta ob eorum traditionem marito fa- ctam, ipse maritus administrat, quod eius ad- ministratio per vxorem impugnari nequeat, do- cuerunt Anton. Gomez tom. 1. variar. cap. 3. num. 3. circa fin. verl. Ex quo inferat, Gutier. canonie, quest. lib. 2. cap. 8. num. 43. & de intel. 2. p. cap. 20. n. 9. Barbosa in l. si filiofamil. 26. §. ultim. num. 7. vers. Vnde ex d. lege, ff. soluo marim. nam cum nulla vxoris permissione, ad quoruncumque eius vxoris administrationem, hodie apud nos maritus egeat, sed illam ab ipsis Regis legibus accipiat, vt di- ximus, consequens est, minime per vxorem im- pugnari posse quod a marito gestum fuerit circa paraphernalia quoque bona, ipsi non tradita. Quo nomine venit etiam id, quod maritus ex vxoris debito recepit, vt post alios recle, & vtiliter, resoluit Gironda de explicacione privile- giorum nu. 769. & n. 70. Nec enim dubitari potest, quin coniuncta persona, quae simul legitimus administrator sit, & vltusfructuarius bonorum, recte ac tutè soluiatur, vt notat Angel. in l. qui aliena 33. (quae alia est sub liberto 31.) §. quamquam num. 1. ad fin. ff. de neg. gest. lal. in l. non solum 3. num. 1. illic: Limita quod coniuncta persona solui non potest, nisi quando coniuncta persona est legitimus administrator, quia tunc ei potest solui, ff. solut. mar. & in l. filius paciscendo, 23. n. 7. ibi, & ultra eos adde vnum notabile, quod quando coniuncta persona esset etiam legitimus administrator, vt est pater in bonis aduentitius filij, tunc ei potest solui, cum ad eum expectet vsufructus, & ibi etiam Dec. num. 6. vers. Et hoc limitatur, Cod. de pat. Callan. in consuet. Bar. rubr. 6. §. 5. num. 8. & 9. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 401. num. 3. Atque ita * me iudice pronunciatum est in Hispalensi Senatu 17. die Augusti anni 1621. in causa domae Catherinae Tello, quae cum nupsit, quandam domum, quam propriam extra dotem habuit, nec marito tradi- dit, locauerat iam antea cuidam Gabrieli Auile- sio, qui domus pensiones marito soluit, & cum postea vxor, dum seorsim a viro degeret, diuor- tij causam cum illo agens, contra conductorem illum pro iisdem pensionibus executionem in- tenderet, ac non obstante exceptione solutionis marito factae, per conductorem opposita, & probata, additionis sententiam pro se obtinuerit) eam Senatui in gradu appellationis ad ipsum in- terposita reuocandam merito duxit. Nec mouit eum quod ex Catherinae parte allegabatur, facta quoque diuortio, adeoque eo tempore, quo ipsi tantum bonorum suorum administratio compe- tebat, maritum domus pensiones exegisse, quia est de facto inrer eos diuortium praecessisset, non- dum tamen super eo sententia lata erat, & etiam * in casu latae sententiae pro diuortio, quae in rem iudicatam transierit, non satis expeditum est, vtrum maritum legitima administratio dene- getur, eaque vxori separatae absque eius licen- tia permittatur, vt videre est apud Ioann. Gu- tier. qui late ad partes disputat, de iuramento confirmat. 1. part. cap. 1. ad num. 54. ad 71. quanquam ibi tandem pro vxore, legitimo Ecclesiae iudicio a viro separata, concludat post Tiraquell & Hie-

39 forens. tom. 3. cap. 401. num. 3.

40 rem iudicatam transierit, non satis expeditum est, vtrum maritum legitima administratio dene- getur, eaque vxori separatae absque eius licen- tia permittatur, vt videre est apud Ioann. Gu- tier. qui late ad partes disputat, de iuramento confirmat. 1. part. cap. 1. ad num. 54. ad 71. quanquam ibi tandem pro vxore, legitimo Ecclesiae iudicio a viro separata, concludat post Tiraquell & Hie-

ronym. Gabrielem, quos citat, postquam num. 73. vers. Quid tenendum, articulum esse valde dubium, & pro vtraque parte sententiam dixerat, idem- que constantiter resoluti, legitime separationis causas referens, Ioan. Montalegre lib. 1. praxiu civilis, cap. 5. num. 132. qui licet procedenti numero, idem * doceat, quoties sine iusta causa, puta ob discordiam, thori separatio inter ipsos coniuges facta est, arguit. l. vnica, §. 1. ff. de vir. & vxor; tamen eius sententia valde dubia, & suspecta est, ne dicam plane falsa, quia lex loquitur in di- uortio, Romanorum iure passim propria auctori- tate remisso, vt vel indelicatus locus ille Martialis lib. 10. Epigramm. 41.

Mense nouo Iauē veterem Proculeia maritum Deseris, atque inbes res sibi habere suas.

Idque late comprobatur Petrus Gregor. 2. part. Syn- tagm. iur. lib. 9. cap. 15. ex num. 9. atque ex aliis plu- ribus doctissimus amicus noster D. Franciscus de Amaya obseruat. iur. lib. 2. cap. 11. a num. 36. quod tamen iure canonico absque Ecclesiae auctori- tate omnino prohibetur, toto tit. de diuortio, vbi late quondam obseruauit in scriptis, quae ad eum titul. ex in iuncto cathedra auditoribus meis Sal- manticae dictabam: & eo quoque casu, quo Ec- clesiae auctoritate separatio fit, necesse quidem est, vt causam ei maritus dederit, ad hoc vt ipsi legitima bonorum vxoris administratio denegetur, vt cum Decio in l. 1. num. 10. Cod. vnde vir. & vxor, & aliis resoluti in Montalegre d. cap. 5. num. 209. iuncto num. praeced. quare nihil minus ob iniustam, propriae auctoritate factam se- parationem adimi ei administratio poterit, nisi & huic separationi, vel discordiae vir ipse cau- sam dediderit, iuxta tradita ab eodem Montalegre d. c. 5. num. 233. id quod in relato casu non euenit, imò totum contrarium.

Ad secundum argumentum respondet Gundif- salus Paz dist. num. 32. vers. Non etiam resignator, negando regulam, seu sententiam, quae vulgo sumitur ex dist. alienationis, ff. de verb. significat. cum similibus, ait enim oppositam veriorum esse, nempe alienatione prohibita, non censeri pro- hibitam vsucapionem, seu praescriptionem, se- cundum Bart. in l. filiusfamilis 1. §. Diui, num. 22. ff. de legatis 1. cuius opinionem (vt ille subiungit) veriorum testatur Pinellus in authentic. nisi ritennale, num. 25. Cod. de bonis maternis, addere possit & Menchacam de successione. creat. §. 26. num. 127. quorum quilibet eam nonnullis iuris locis probare nititur. Verum haec Gundifsalui responsio tuta non est: nam licet ille articulus, verum prohibita alienatione, censetur etiam prohibita praescriptio, non parum apud interpretes controuersus sit, & variis distinctionibus inuolutus vt videre est ex Abb. nu. 7. & Felino num. 6. vers. In quantum Abbas in cap. cum non liceat 12. de praeser. Francico Balbo de praescriptio. 5. p. 5. parit. princi- palis, 4. p. per totam, & pluribus relatis a Tira- quell. de retractu consanguinit. §. 1. gloss. 9. num. 251. & 252. cum aliis infra, illa tamen * regulariter, & verior, & receptor sententia est, vt alienatione rei alioqui alienabilis legitime a lege, vel homi- ne prohibita, ita ut alienationis titulum efficiat, ac nullum reddat (quod in prohibitione legali absoluta regulare est), iuxta regulam legis non du- bium 5. vers. Nullum, Cod. de legibus, quemadmo- dum 7. in fine, C. de agricolis & censuris lib. 11.) pro- hibita quoque censetur vsucapio, siue ordinaria praescriptio longi temporis, quae * alienatio legalis est, & alienationis verbo continetur, 44 l. si fundum 16. vers. Nam licet, ff. de fundo dotati, d. l.

42 salus Paz dist. num. 32. vers. Non etiam resignator, negando regulam, seu sententiam, quae vulgo sumitur ex dist. alienationis, ff. de verb. significat. cum similibus, ait enim oppositam veriorum esse, nempe alienatione prohibita, non censeri pro- hibitam vsucapionem, seu praescriptionem, se- cundum Bart. in l. filiusfamilis 1. §. Diui, num. 22. ff. de legatis 1. cuius opinionem (vt ille subiungit) veriorum testatur Pinellus in authentic. nisi ritennale, num. 25. Cod. de bonis maternis, addere possit & Menchacam de successione. creat. §. 26. num. 127. quorum quilibet eam nonnullis iuris locis probare nititur. Verum haec Gundifsalui responsio tuta non est: nam licet ille articulus, verum prohibita alienatione, censetur etiam prohibita praescriptio, non parum apud interpretes controuersus sit, & variis distinctionibus inuolutus vt videre est ex Abb. nu. 7. & Felino num. 6. vers. In quantum Abbas in cap. cum non liceat 12. de praeser. Francico Balbo de praescriptio. 5. p. 5. parit. princi- palis, 4. p. per totam, & pluribus relatis a Tira- quell. de retractu consanguinit. §. 1. gloss. 9. num. 251. & 252. cum aliis infra, illa tamen * regulariter, & verior, & receptor sententia est, vt alienatione rei alioqui alienabilis legitime a lege, vel homi- ne prohibita, ita ut alienationis titulum efficiat, ac nullum reddat (quod in prohibitione legali absoluta regulare est), iuxta regulam legis non du- bium 5. vers. Nullum, Cod. de legibus, quemadmo- dum 7. in fine, C. de agricolis & censuris lib. 11.) pro- hibita quoque censetur vsucapio, siue ordinaria praescriptio longi temporis, quae * alienatio legalis est, & alienationis verbo continetur, 44 l. si fundum 16. vers. Nam licet, ff. de fundo dotati, d. l.


44 l. si fundum 16. vers. Nam licet, ff. de fundo dotati, d. l.

d. l. alienationis verbum, cum relatis a gloss. 1. ff. de verborum significat. l. in §. si aiam sub conditione, vers. Vt nec vsucapio, Cod. communia delegat. l. 1. §. 2. C. de vsucap. pro emptore, dist. l. quemadmodum, ad fin. vers. Longi, non verò censetur in prohibita longif- simi temporis praescriptio, quae etiam absque titulo procedit, l. male agitur 3. cum duab. seqq. l. ff. quis emptoris 8. §. 1. Cod. de praescrip. 30. vel 40. ann. l. 21. tit. 29. p. 3. in quo ab ordinaria differt, quae titu- lum exigit omnino, l. Celsus 27. ff. de vsucap. l. nullo 24. C. de rei vend. l. diutina 4. super longi 11. C. de praescrip. longi temp. l. vnica. §. hoc tantummodo, vers. Vt in omnibus, C. de vsucap. transform. principio instituta de vsucapionibus, l. 9. diu. 29. part. 3. & vtrumque obseruat breuiter Gratianus in cap. placuit 15. §. praescriptionum, 16. q. 3. Proinde * huiusmodi ordi- naria praescriptio ex infectione tituli procedere nequit, vbi alienatio est inhibita, vt post glossas supra num. 4. relatas, & similan verbo nihil prodest, ad finem, in l. vbi lex 24. ff. de vsucapionibus, docuit melius Bart. sibi contrarius ibi sub num. 1. receptus ab Imola circa finem, vers. Et adde in quantum dicit, in d. §. Diui, sub num. 16. vers. Item adde, ac ceteris frequentibus, vt constat ex Iafone, Ripa, & Loazes, supra quoque d. num. 4. commemo- ratis, coden Iafone conf. 116. num. vlt. lib. 1. Socin. seniore conf. 251. num. 23. vers. Sed praemissis non obstantibus, & conf. 266. num. 44. vol. 2. & re- gula 13. alius 27. Petr. Philippo Corneo conf. 294. Alex. conf. 59. num. 11. & 12. lib. 3. & conf. 1. num. 23. lib. 4. (quanquam & ipse cum Bartol. contrarium docuerit in d. §. Diui num. 28.) Carol. Ruin. conf. 41. num. 26. & 30. lib. 1. Caslaneo conf. 1. num. 40. & conf. 46. num. 15. & 18. Rolando conf. 3. num. 85. & 86. vol. 1. Francico Becio conf. 25. in fine, Ploto de in liem iurando §. 5. num. 44. Ant. Gabriele commu- nis conclusum lib. 3. tit. de praescrip. conclus. 13. n. 1. & 2. Stephano Gratian. disceptationum forensium tom. 4. cap. 73. num. 16. & ex nostratibus agnoscut Rodericus Suarez allegatione 5. nu. 3. Didacus Cas- tellus ad l. 63. Tauri, in gloss. verbo Se prescriba, vers. Quod si dicatur, sub num. 39. (qui per alie- nationis, vel praescriptionis prohibitionem, longif- simam praescriptionem non censeri exclusam resoluit, aperte sentens in ordinaria longi tem- poris secus esse) Gregor. Lopez in l. 10. gloss. 3. in argumentis pro parte negativa, tit. 26. part. 4. Geme- zium Legionensis in centuria informationum, seu deci- sionum Hispalen. Senatus 3. decis. 43. num. 1. & 2. An- ton. Gomez ad l. 40. Tauri, sub numer. 90. limitat. 2.

46 (licet ipse * contra communem, quam nuper re- lati, & statim referendi resoluunt, etiam longif- simi temporis praescriptionem sub alienationis prohibitionem exclusam censeri verius credant in vers. Sed certe ego teneo) Molina, qui ipsum recte quoad hoc taxat, ad Hispanorum primogeniis lib. 4. cap. 10. num. 1. & 2. Gutier. de iuran. confirmat. 3. part. cap. 1. num. 11. Marticens ad legem 8. gloss. 5. ex num. 15. tit. 7. lib. 5. noua compilat. Parlatior. in sequen- cent quodidianarum differentiarum, differentia 24. §. 2. num. 1. Ceuallus practicae. quest. com. 1. q. 13. per to- tam, Petr. Barbosa in rubr. C. de praescrip. 30. vel 40. ann. a num. 184. quinimò iidem Pinel. & Men- chaca vbi supra, ille num. 22. & 23. hic verò n. 116. vers. 3. praecedentem resolutionem receptissimam esse profitentur, tamen ab ea (vt dixi) leuibus ducti fundamentis recedant, quibus eleganter sa- tisfacit Marticens vbi proxime, ex num. 15. omni- nino videndus.

47 Quapropter explota Gundifsalui solutione, praefato Palatii Rubei argumentum, longè ve-

rius responderet, regulam dist. alienationis, cum similibus, inter alia limitari in alienationis pro- hibitione, non simpliciter facta, sed cum modi- ficatione, puta absque decreto, vel alia solan- nitate, tunc enim sub huiusmodi prohibitionem non includitur, adeoque per eam exclusam non cen- setur vsucapio, aut praescriptio, etiam ordina- ria, vel ex eo, * quod ex transcurso temporis ad illam requisiti, solennitas etiam illa inter- uenisse praesumatur, ex regula Text. in l. qui in aliena 6. §. sed si non adierit, ff. de acquir. hered. l. si fi- lius 10. C. de petit. hered. cum similibus, aut saltem iustus facti error, quod illa interuenierit, vt cum Jacobo de Arecio tradunt, licet sic non expli- cent Bart. num. 7. in fine, & Bald. num. 3. in l. fin. Cod. in quibus causis restitutio in integ. non est necessaria, Abb. n. 9. in d. c. cum non liceat, Paul. Castren. in l. Celsus 27. nu. 4. vers. Canonista dicunt, ff. de vsucap. August. Berol. in c. de quarta, 4. de praescrip. n. 25. expendens optim. Tex. in cap. 2. de rebu. Ec- cles. non alienand. lib. 6. & vltra eos, ac relatos a Balbo d. 5. part. 5. part. 9. 4. num. 6. vers. Si verò prohibita, resoluunt Gregor. Lopez in d. l. 10. glo. 3. in argum. pro parte negativa, post principium, vers. Tenentes, tit. 26. part. 4. Rolandus dist. conf. 3. num. 83. & 84. Anton. Gabr. d. conclus. 13. in 6. limi- tat. sine num. 19. Menchaca dist. num. 118. in 3. fun- dam. circa med. vers. Sed si non prohibetur, Marten- gus dist. gloss. 3. num. 19. ac post haec scripta vili Gabr. Pereira decis. Luffi. 1. num. 21. Didac. a Brito ad cap. potuit, de locato, §. 1. man. 46. & Ioannes Caruallus ad cap. Reynalliu, de testamen. 2. part. num. 384. in fine principij, id quod in specie, de qua loquimur, plane verificatur, cum vxori * non simpliciter contrahendi, adeoque & alienandi facultas denegetur, sed tantum absque mariti licentia, vt plane constat ex d. l. 5. §. 56. Tauri, ac similibus compilationis. Posset itaque quis * rem; ab ipsa ex contractu, etiam absque mariti inter- uentu celebrato acceptum, longo tempore praescribere, iuxta nuper tradita, multoque magis debitum, ab illa non exactum, cum huius praescriptio non procedat ex contractu ab ea celebra- to, sed ex negligentia non petendi, quam plane vxor incurrit, ex quo facile a marito H- centiam ad exigendum petere, aut posse praestare tenentem, compellere etiam ad id poterit, iuxta superius resoluta.



DISSERTATIO X.

De debiti iurati praescriptione, & ex- plicatione legum Regiarum, tam Lu- sitaniae, quam Castellae, de contracti- bus iuratis loquentium, deque earum iustitia, & validitate.

SVMMARIA.

- 1 Iuramentum contractui accedens, actionem aliquam temporalem, quasi liti contestata esset, in 40. annos perpetui.
- 2 Lex nam postea 9. §. si is qui temporali, ff. de iureiurando, & l. 14. vers. Orosi de rebus, tit. 11. part. 2. late explicatur & exornatur, ibid. & n. seqq.
- 3 Quae regula communiter intelligitur in omni iura- mento

ne mo. non tantum iudiciali, sed etiam extraiudiciali.

3 Idque a b aliis extenditur ad omne extraiudiciale iuramentum etiam non decisorium, sed confirmatorium, vel promissorium.

¶ Iuramentum in inventario factum, quo es alienum iurantis exprimitur, an aequaleat iurate promissioni soluendi debitum declaratum, ibid. & num. 16.

4 Statutum excludens creditorem, qui intra certum aliquod tempus debitum non poterit, quale apud nos viget, non comprehendere debitum in publico instrumento iuratum, seu deberi sub iuramento declaratum, sed actionem ad id petendum perpetuari in annos quadraginta plures existimatum, hic relati.

5 Regula l. nam postea 9. §. si is qui temporalis, ff. de iurciurando, & similis legis partitæ, & si in extraiudiciali quoque iuramento sibi vendicet locum non tamen aequaleat locum habet in promissorio, aut confirmatorio, sed in iuris decisorio duntaxat, quod & assertorium Doctores vocant, quamquam male ita simpliciter appellatur.

¶ Iuramentum promissorium non recte cum assertorio confunditur Anton. Fab. ibid.

6 Iuramentum tantum iuris decisorium, in contractu appositum, actionem perpetuat.

7 Iuramentum iuris contestationis vim habere, siue in iuris contestata locum succedere quod dicitur, in eo tantum iuramento verificatur, per quod deciditur controversia, siue id sit iudiciale, siue extraiudiciale, quod volumus dicimus, hoc est ex partium conventionione delatum, & quare?

¶ Iuramentum ex partium conventionione delatum, iuris contestata instar obtinet, ibid.

8 Alio temporaliter ex contractu instrumentario competens, ut perpetuetur, consultat Rodericus Suarez, post Bartol. & alios communiter, ut iuramenti clausula in eodem, vel alio instrumento apponatur, & in tabelliones inuehitur, qui iniuriales alias clausulas apponunt, & hanc emittunt.

9 Iuramentum extraiudiciale non decisorium, sed promissorium, aut confirmatorium actionem non perpetuat & quare?

¶ Iuramentum accipiendum est secundum naturam actus, vel contractus, in quo interponitur, ibid.

10 Dispositio simpliciter loquens, non censetur disponere in materia iurata, nisi de iuramento fiat expressa mentio.

11 Hac regula proprie tantum pertinet ad potissimum iuramenti effectum, ex eius vinculo descendente, qui in retribuendo vires, ac robur actus consistit.

12 Caput cum non doceat 30. in 2. gloss. vlt. de o. c. in 6. optime declaratur, contra communem.

13 Dispositio, seu lex, simpliciter de tempore actionis loquens, ut proprie dici possit non comprehendere actionem, qua ex contractu quomodocumque iurato descendit, aliunde constare debet, omni iuramento hanc vim inesse, ut iuris contestata instar obtineat.

14 Marcus Antonius Buerius, & nonnulli alij, qui citantur pro extensione, l. nam postea, §. si is qui temporalis, ff. de iurciurando ut procedat etiam iuramento extraiudiciali promissorio, tantum loquatur in iuramento a parte parti delato.

15 Iuramentum assertorium dicitur omne illud, quod de re presentis, aut praterita interponitur, dicitur

sub eo aliquid sic esse, vel fuisse affirmatur, ad veritatis declarationem.

16 Iuramentum in inventario factum, quo quis sua debita declarat, non potest recte promissorium dici eo quod videatur equaliter promissioni soluendi debitum declaratum.

¶ Confessio debiti, a restatore facta, tacite includit, & secum annexam habet dispositionem solutionis, & ratio differentia traditur inter eam, & iuramentum, ibid.

17 Iuramentum, hoc peculiare habet, ut formaliter, & expresse in quolibet actu prestandum sit, nec virum eum vires suas exerat per se iam relationem, aut subaudiitionem.

18 Inventarium bonorum conficiens, & in eo debita declarans, iurata sua assertione, hoc tantum facit, ut ostendat, se id solum habere in bonis, quod debitis illis deductis superest, non ut ad ea seruanda se obliget.

19 Iuramentum assertorium non decisorium, non magis actionem perpetuat, quam promissorium, & confirmatorium, & quare?

20 Iuramentum decisorium, tam iudiciale, quam extraiudiciale, est etiam assertorium non tamen vice versa omne assertorium est decisorium.

21 Lex 6. tit. 1. lib. 3. ordinamenti, & l. 11. & 12. tit. 1. lib. 4. noue compilat. ac similis Lusitanorum ordinatio, iuramenta in contractibus aliis validis regulariter apponi prohibentes, late declarant, & num. seqq.

¶ Lusitanorum ordinatio, iuramenta in contractibus instrumentariis apponi prohibens, non distinguit circa contractus, utrum validi sint, necne, nec talem accipit declarationem ab alia ordinatione, cuius contrarium contingit in Regiis Castella legibus ibidem.

22 Earum legum dispositio an generaliter procedat in omni iuramento, ad debitum pertinentem, non tantum promissorio, aut actus omnino validi confirmatorio, sed etiam in assertorio? controuersum est, & negatiua sententia auctoribus reuocentur.

23 Leges Regia duntaxat loqui videmur in iuramento promissorio, & confirmatorio, seu corroboratorio, in quam rem earum verba expenduntur.

24 Assertorium iuramentum, sui natura tantum feruit ad declarandam veritatem rei presentis, vel praterita, in eoque differi a promissorio, & confirmatorio, quorum proprium est, ut id quod assertitur, in futurum verum fiat.

¶ Promissio simplex, a simplici assertione eodem modo differi, quo iuramentum promissorium, ab assertorio, ibid.

25 Lex correctoria iuris antiqui, in promissorio, aut confirmatorio iuramento loquens, non habet locum in assertorio, & vice versa.

26 Leges Regia ea ratione potissimum nituntur, quod iuramenta in contractibus aliis validis, non ob aliam causam censentur apponi, quam ut Regia fraudetur, iurisdictio, quod aliis etiam Regiis legibus prohibendum est.

27 Iuramenti ratione Ecclesiasticus quoque iudex inter laicos cognitionem habet, ique iuramenti effectus, ut singularis a Doctores referretur.

28 Leges illas Regias ex relata ratione ab iniustitia, quamplurimi defendunt, hic enumerati.

29 Assertorium iuramentum non videtur conuenire ratio, qua Regia leges nituntur ad prohibendum, ne iuramenta in contractibus aliis validis apponantur.

30 Leges Regias, in contractibus aliis validis iuramentum apponi prohibentes, in assertorio quoque iuramento locum sibi vendicare qui docuerunt?

31 Cautela communis, ut ad effectum actionem perpetuandam, in instrumento apponatur clausula, qua debitor cum iuramento se talem esse affirmet, hodie stante iure nostro Regio locum non habet, quia talis clausula apponi non potest.

32 Didacus Perez, male perceptus fuit ab Azonedo, putante, verba Angeli, qua Perezius retulit, ut eum consuleret, ipsius Perezii esse, idem quod ille docentis.

33 Iuramenti verbum simpliciter prolatum, omnes sub se iuramenti species complectitur.

34 Rationes, quibus nituntur leges Regia, iuramentum in contractibus aliis validis apponi prohibentes, non tantum sunt tuendi secularium iurisdictio, sed etiam vitandi secularium subditorum periuira, allaque eorum damna, tam spiritualia, quam temporalia, qua in assertorio iuramento videntur militare, & n. l. c. q.

35 Rationes in aliqua lege non expressa, cum tamen alia assignari non possunt, an & qualiter pro expressi habeantur, & n. 46.

36 Periuiri ratione potest etiam laicus ad Ecclesiasticum iudicem trahi, ab eoque puniri, cum id crimen mixti fori sit.

37 Leges Regia, iuramentum in contractibus apponi prohibentes, non tantum locum habent in iuramento promissorio, & contractus omnino validi confirmatorio, seu corroboratorio, sed etiam in assertorio decisorio, non autem locum obtinent in assertorio, non decisorio, quod per leges illas prohibitum non censetur, quomodo contraria sententia in amicitiam rediguntur, & ratio differentie traditur n. 40.

38 Leges ex rationis identitate extenduntur ad casus in eis non expressos.

39 Quare regula, & in limitatoris legibus procedit (quas ab exorbitantibus non recte distinguit Barbosa) atque etiam in penalibus.

40 Iuramentum assertorium decisorium, non minus quam promissorium, & alius omnino validi confirmatorium, siue potius corroboratorium, sui natura tendit ad obligandum iuramentum ei, in cuius fauorem iuratur, & hinc aduersus illam actionem querendam, ideoque in instrumento iuxta leges Regias Hispania apponi non potest secus in iuramento assertorio non decisorio.

41 Rodericus Suarez, & aliorum Regnicolarum cautela, iuramentum in contractu apponendi ad perpetuandam actionem, Hispania legibus aperte contraria est, quo nomine presertim damnatur auctor Curia Philippica, qui cautelam illam saluis Regiis legibus adhibendam fore docet, quasi id possibile.

42 Iuramenti verbum in Regiis legibus, illud apponi prohibentibus in contractibus aliis validis, necessario accipiendum est de iuramento, obligationis introducenda, aut corroboranda causa interposita.

43 Rationes alia, prater iurisdictiois fraudationem, in Regiis legibus, iuramentum apponi prohibentibus tradita, finales non sunt, sed impulsiva, & principalem rationem fraudationis coordinantes.

44 Ratio in promissio posita finalis, iudicatur.

45 Lusitana ordinatio, iuramentum in instrumentis contractuum apponi prohibens, non exprimit rationes, quibus Castella leges nituntur.

¶ Ratio vitæ, quæ si reddi possit, habetur pro

expressa, secus in pluribus nationibus ibidem.

46 Ratio tuenda secularis iurisdictiois, non verificatur in omni assertorio iuramento, sed in assertorio, decisorio, & quare? cum num. seqq.

47 Delictum in dubio a lege non presumitur.

48 Delictum periuiri, maxime in actu serio, quale instrumentum est, multo minus quam aliud admittitur presumitur.

49 Fallit nisi iuramentum fieret a persona suspecta in damnatum tertij.

¶ Casus raro eueniens a legislatore non consideratur ibidem.

50 Peritarius nemo presumitur, ut Ecclesiastico iudici contra contrarium iurisdictioem tribuat.

51 Laicus, in delictis mixti fori non recte puniatur a iudice Ecclesiastico iterum a suo seculari iudice condigna pena puniri potest.

52 Ratio expressa in Regiis legibus, iuramentum in contractibus aliis validis apponi prohibentibus, licet generalis sit, restringenda tamen est ad fraudem Regia iurisdictiois, qua fit per iuramentum promissorium, vel actus omnino validi confirmatorium, aut assertorium decisorium.

53 Ratio generalis in lege expressa, plerumque reuocatur ad speciem in eadem lege propositam, & iuxta eam limitatur.

54 Ratio vitandi subditorum periuira Regiis legibus, iuramentum apponi prohibentibus expressa, cum non sit finalis, sed impulsiva, & principalem rationem fraudationis iurisdictiois adiunxerit, eodem modo declaranda, ac limitanda est.

55 Verba iuxta subiectam materiam interpretanda sunt, licet illa aliquatenus improprie contingant.

56 Legum Regiarum, iuramentum in contractibus apponi prohibentibus, de iustitia Dilectissimi plures viri dubitarunt, ob defectum potestatis in seculari Principe ad irritanda iuramenta, sine ad legem ferendam de iuramenti vinculo.

57 Aluarius Valasco, pro legum Regiarum, iuramenta in contractibus apponi prohibentibus defensiones recurrit ad sanam privilegij, siue indultis Apostolici, ab antiquissimis temporibus Lusitania, & Castella Regibus concessi & Pontificis tolerantiâ tantum temporis.

58 Ioannis Matienzi consideratio circa iustificacionem legum Regiarum, de contractibus iuratis loquendum, referunt, ac remissive respellunt.

¶ Patres Ludovic. Molin. & Thom. Sanchez ex eo iustificari docent leges Regias, iuramenta in contractibus apponi prohibentes, quod directè, & immediate tantum irritant contractus, sub iuramento faciendos, indirectè vero, ac remote iuramentum ipsum ibid.

59 Horum sententia reuocatur ex vulgari regula cum quid una via lib. 6.

60 Eccl'ca, est non potest directè, & immediate irritare matrimonium clandestinum quatenus est Sacramentum, at potest indirectè, & remote, & qualiter? ad Concil. Trid. Sess. 24. de reform. matr. c. 1. v. Qui aliter.

61 Princeps secularis negat sua lege iuramentum prestandum irritari directè, & mediata, & an potest indirectè, & remote? cum num. seq.

62 Ecclesiasticus Princeps cur potest indirectè matrimonium clandestinum irritare seculari auctem non aequè potest iuramentum etiam indirectè irritum constituere?

63 Princeps secularis, & si passet irritare contractum cui iuramentum accederet, ad hoc iuramentum ipsum,

- ipsum, sublato contractu, per se subsisteret, & seruandum esset.
- 64 Iuramentum, in cuius obseruantia nullum est peccatum, omnino seruandum est, eoque nempe taxatur Pat. Magist. Basilius de Leon, qui contra aperta iura canonica loquutus est.
- 65 Leges Regie iuramentum in instrumentis contractum prohibentes, se vera non irritant simpliciter contractus iuratos nec obligationes simpliciter, sed descendentes ex instrumentis ipsis, in quibus iuramenta sunt apposita.
- 66 Id quod ex eorum verbis deducitur, que optime exduntur, & explicantur.
- 67 Instrumentum rem inter contrahentes manifestam, & probationem, ut a iure, probatam faciat.
- 68 Obligatio contenta in instrumento iurato contra dispositionem Regiarum legum effectum nullum habet si obligatio ipsa, & contractus aliter non probentur, puta ex testibus in eo instrumento descriptis, vel aliis qui eius confessioni, vel contractui ipsi presentes fuerunt.
- 69 Instrumento irritato, non censetur irritans contrahens in eo contentus, nec vice versa.
- 70 Probatione obligationis, seu contractus iurati contra leges Regie, aliter facta quam ex instrumento ipso, in qua obligatio interuenit, modicum vel nullum subest periculum fraudationis Regie iurisdictionis, & quare?
- 71 Debitor laicus ex instrumento iurato, si virtute iuramenti coram Ecclesiastico iudice comenatur, potest illius declinare iudicium, ab eiusque processu appellare, & rem per viam violentia ad Regia tribunalia deferre.
- 72 Idem si nec declinatoriam opposuerit, nec appellauerit, sed recta via pro tollenda vi ad supremam pratoria recurrit.

APPENDIX DVARVM PRÆCEDENTIUM.

Tamet si difficultas, quam dissertat. procedent. absolutum non modica fuerit, alia tamen non inferior vltimo loco expendebatur, ad primum illud præscriptionis fundamentum penitus euitandum, nempe debitum, de quo in ea lite agebatur, non simplici assertionem tantum, sed etiam iuramenti vinculo vallatum fuisse, quo casu * actio alioqui temporalis, quasi lis contestata esset, in quadraginta annos perpetuatur, iuxta reg. Tex. in l. nam postea 9. §. si is, qui temporalis ff. de iur. iur. cui apud nos consonat lex 14. versic. 2. Orosi dezimos, tit. 11. p. 1. quam * in omni iuramento non tantum iudiciali, sed etiam extrajudiciali locum habere contra Gulielmum docuerunt post Iacobum Butricarium, Bartol. num. 5. Paul. Castren. in l. iura antiqua, Salyet. in fin. & ceteri communiter, teste Iason. num. 4. in d. §. si is, qui temporalis, quod & ipsum affirmarunt Balbus de præscriptione 4. p. 6. part. num. 3. vers. Et hæc conclusio, Roderic. Suarez ad l. post rem indicatam ff. de re iudic. notab. 2. §. considera vlt. num. 2. vers. Et dicit Bart. Gregor. Lopez gl. 3. in d. l. 14. Gutier. de iuram. confirmat. 3. p. c. 1. num. 6. & 7. Seraphin. de privileg. iuramenti, prinil. 5. 1. num. 1. & in eius additione Martinus Benechendorus num. item 1. vers. idque procedit, vltra alios nouissime congestos à Petr. Barbof. ad l. final. C. de præscript. 30. vel 40. ann. num. 18. & quidem in omni * extrajudiciali, etiam non decisorio, sed confirmatorio, vel promissorio (quale fuisse videtur id quod in inuentario, ac declaratione Hieronymi interuenit, cum

æquiualeat iurata promissioni solvendi debitum declaratum, iuxta ea, que in simili resoluit Anton. Gomez var. resol. lib. 1. c. 12. num. 81. vers. Sed ista opinio) id videtur non obscure admittere post Angelum, & Romanum Iaf. in d. §. si is, qui temporalis num. 5. Petrus Philippus Corn. conf. 3. 28. num. 22. volum. 1. & conf. 180. num. 4. in fin. vol. 3. Balbus ubi sup. num. 4. Hypolitus Martil. singul. 141. Bartholom. Capolcauel. 20. in princ. & post alios apertius Anton. Gabr. commun. conclus. lib. 2. tit. de iur. iur. concl. 5. nu. 12. & lib. 6. tit. de status, concl. 11. ex nu. 4. Barfat. conf. 210. num. 19. & 20. lib. 2. Seraphin. d. prinil. 51. num. 2. qui in eo * maximum iuramenti effectum constituit, quod scilicet statuto excludente creditorem qui intra certum aliquod tempus debitum non petierit, si eiusmodi debitum à debitor in instrumento iuratum esset, si sub iuramento promissum, aut declaratum id à se deberi actio ad id petendum perpetuaretur in annos 40. quod & in terminis tam d. l. 6. §. 1. Tar. quam aliarum quam plurimum legum Regiarum, obseruauit Michael Ziphontanus, & Did. Castell. in ea lege, ille quæst. 3. vers. Sed adhuc prima opinio, hic vero in gl. verbo se prescriba, vers. Adde alium casum, sub num. 39. & 40. Montaluis in reponitio, seu gl. ad l. ordinamenti, lit. O, verbo obligatio cum constat, vers. Item nota, quod prescriptio decemij, Petrus Duenas reg. 306. limitat. 2. inter regulas iuris Doctorum, lib. 6. verbo famulus, volum. 1. Auileus cap. 10. Pratorum, verbo execution, num. 69. vers. Die tamen, Auend. de exec. mand. 2. part. cap. 30. num. 14. vers. Item dicta lex 3. Didacus Perez ad l. 3. titul. 11. lib. 1. ordin. glof. 1. versus finem, vers. Intelligitur præterea, Parlad. lib. 1. rerum quotidianarum, cap. 1. §. 15. num. 2.

Verum, & hæc obiecto parum Senatuum mouit, est enim longe verius, regul. Text. in d. §. si is, qui temporalis, & si in extrajudiciali quoque iuramento sibi vendicit locum, prout & agnoscit Anton. Faber, in rationali ad eum §. non tamen (vt & ipse rectissime subiungit) æque locum habere in iureiurando promissorio (quod & assertorium Faber vocat, nescio an satis rectè, cum vulgò interpretes aliter loquantur, vt statim apparebit) vel, ceu Faber ipse addere debuisset, actus confirmatorio, sed in litis decisorio duntaxat, cui & assertorij nomen DD. tribuunt, vt Anton. Gabriel, d. conclus. 11. num. 2. testatur (quod & ipsum simpliciter verum non esse inferius monstrabimus) nam in eo tantum * iuramento, quod litis decidendæ causa interponitur, verum est actionem perpetuati, id quod late, & eleganter probat Rodericus Suarez d. §. considera, per ipsum, maxime ex num. 6. vers. Secus crederem, cuius tandem sententiam tacite probat Parlador. ubi proxime, dum circa huius articuli veritatem se ad illum refert; eundem quoque referunt, ac nominatim sequuntur Domin. Præfès Couarr. variar. resol. lib. 1. cap. 9. num. 7. ad finem, Gutier. qui Roderici fundamenta prolixè examinat, d. cap. 1. ex num. 8. ad 14. vers. Huiusmodi. Hieronym. Gabriel, conf. 144. num. 6. x tribus segg. volum. 2. Mant. de contract. lib. 4. titul. 3. 1. ad num. 28. Pet. Surd. decif. num. 13. & ad eum nouissime Ioann. Baptif. Hodierna num. 3. Martinus Benechendorus in additione ad Seraphinum d. prinil. 5. 1. num. 10. Ioan. de Hevia Volanus in curia Philippica 2. p. de iudicio executio §. 1. num. 13. Petr. Barbof. in d. fin. C. de præscript. 30. vel 40. annorum d. num. 18. ad fin. vers. Sed saluando, qui ex eo * potissimum dicuntur, quod ratio, qua Vlpianus nititur in d. §. si is qui temporalis, necupè iuramentum litis

litis contestationis vim habere, siue in litis contestata locum succedere, vt Paulus Iuris Conf. loquitur in l. sed est 28. §. ex quibus ff. de iudicis (quicquid alia addat ex Cornet, & aliorum sententia Ant. Gabr. d. concl. 5. n. 12. & d. concl. 11. n. 5. & 6. quæ nec in proposito vera est, vt inferius probabimus) in eo tantum iuramento verificatur, per quod deciduntur controuersie nec de alio Vlpianus loquitur, vt constat ex illis verbis, detuleris iuramentum, vt iurem eum dare oportere, &c. quod eumque scilicet illud sit siue iudiciale, siue etiam extrajudiciale, quod voluntarium ducimus, siue ex partium voluntate, & conuentione delatum, limitandum quod ex conuentione 27. ff. de iur. iurando; nam & huic commune est quod iudicij, siue litis contestatæ instar obtinet, l. qui iurasse 26. §. vlt. in fin. & l. iuror 35. §. 1. illic siue pro iudicio iurata ubique Caiaci nota ff. eodem tit. nempe quia si non iuraretur, & eo modo lis non expeditur, contestatio faciendæ necessario foret vt ad sententiam perueniri posset, ergo si is, qui etiam extrajudicium iusiurandum delatum est ex ea actione, quæ temporalis est iurauerit deferentem dare oportere non liberabitur debitor tempore, nempe ordinatio, sed actio perpetuabitur, quousque per contestationem, vt his fennè verbis debet rectè Antò. Fab. in rationali ad d. §. si is, qui temporalis, ad quem præsertim effectum * consulti Roder. Suar. d. nu. 6. in princ. caute contrahere volenti, vt semper in fine, contractus, vel eo absoluto, in eodem vel alio instrumento apponi faciat huiusmodi clausulam, & quia de prædictis aliquod dubium potest esse, ad maiorem veritatem, & omnem licem, qua oriri posset, amputandam, dicitur debitor detulit iuramentum creditori super contentis in instrumento, qui creditor iurauit, eum sibi dare oportere, & obligatum esse, prout in instrumento continetur, & in tabellione inuechitur, qui mille alias clausulas; nullius vel parui ponderis instrumentis inserunt; & hæc vtilissimam omittunt, quam præxim (vt & ipse Roderic. d. n. 6. & nu. 1. testatur) aperte Bart. docuerat in d. §. si is, qui temporalis & in l. 2. eiusdem tit. ubique in fin. communiter à cæteris receptus, vt constat ex his, quos sup. n. 2. §. 4. pro eius sententia retulimus; maxime Balbo d. 4. p. 6. part. n. 3. vers. Ex quo singulariter, & ad effectum excludendi exceptionem non numeratæ pecuniæ notat Rebuf. ad l. Gallicus tom. 1. sub tract. de choreographorum recognit. art. 2. n. 25. An tamen ea præxis hodie apud nos locum habeat, inferius aperiemus.

Non autem verificatur aut procedit superior ratio in ea extrajudiciali iuramenti specie, quæ non ad litem decidendam; sed ad vires, ac robur obligationi addendum tendit puta in promissorio, vel confirmatorio, vel ex eo quod iuramentum tale accipiendum sit secundum naturam actus, vel contractus, in quo interponitur, ex reg. l. fin. qui factus d. cog. & C. de non num. pecu. c. quem ad modum 25. in princ. & Sallud. de iur. iurando, cum perisque aliis iuris locis, quæ in proposito expendunt & explicant D. Court. in rubr. de testam. 2. p. n. 11. al. 29. & in c. quannis pallum 1. p. 5. n. 10. alias ex n. 29. & §. 4. ex n. 1. de pactis lib. 6. Anto. Gabr. d. iur. iuram. concl. 10. Ioan. Gratian. post plures alios reg. 27. 5. Gutier. de iuram. confirmat. 1. p. c. 37. per totum, Seraphin. de privileg. iuramenti prinil. 74. n. 12. & privileg. 153. vers. Sed in contrarium, vbi additio num. 1. alios quosque congerit; quare si actus, cui accedit iuramentum (puta debitum declaratum in specie nostra) temporalis præscriptione excludi potest hæc naturam ratione iuramenti non amittet; quia ratione in terminis nostris nuncupatim vitur Rebuf. 2. to. ad l. Gallicus. de mercato. D. D. Felia dissertat. Iuris Tom. 1.

rib. minutatim vendentibus, art. 1. glof. vlt. numer. 9. & tit. de famularum salariis gl. 10. num. 1. in fine, & ed non relato Roder. Suarez d. §. considera vltimo num. 6. vers. Item vbi debitor, iurata vers. Ergo si debitor, Gutier. d. 3. p. c. 3. num. 1. in fine. Petr. Barbof. in d. l. fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann. num. 19. vt vel ex hoc constat, quantum fallatur Colneus & alij, quos laudat Ant. Gabr. ubi sup. Barfarus d. conf. 210. nu. 18. dum vt suam fundent opinionionem, quod decilio Text. in d. §. si is, qui temporalis, procedat etiam in iuramento extrajudiciali promissorio, illa ratione mouentur, quod * dispositio, seu lex simpliciter loquens, qualis ea est, quæ temporales metas actionibus præscribit, non censetur disponere in materia iurata, nisi de iuramento fiat expressa mentio, iuxta doctrinam gl. vlt. vers. Quid sitalem, in c. cum non deeat 30. de electione in 6. quam pluribus relatis receptam dicit ipse Gabriel. d. concl. 11. de status num. 5. & latius d. concl. 5. de iur. iuram. per totum, Iacobus Nouellus inter regulas iuris Doctorum lib. 9. verbo iuramentum, vers. Communis est, & tria regula, Seraphin. de privileg. iuramenti, prinil. 12. num. 9. & 15. & prinil. 116. num. 3. Marcus Ant. de Amatis decif. 81. num. 3. & decif. 91. num. 5. falluntur (inquam) tum quoniam * ea regula propriè tantum pertinet ad potissimum iuramenti effectum, ex eius vitulo descendente, qui in addendo vires ac robur actui consistit, quem generalis dispositio superioris, siue lex; mandat, aut rescriptum in dubio tollere non censetur, nisi iuramenti specialiter meminerit, vt in exemplo Textus in c. constitutus 19. de rescriptis, & in c. significante 7. in fin. per argumentum ab speciali illic: Pado tali, vel iuramento nequaquam obstante, de pignoriibus, cum his quæ vbiq; notantur omnes, optime Ioan. Gutier. de iuram. confirmat. 1. p. c. 33. n. 1. & in hac specie * nominatim loquitur d. gl. vlt. iuncta Textu in d. c. cum non deeat, à qua originaliter præfata regula sumpta est, vt & agnoscit Ant. Gabr. d. concl. 5. n. 8. tamen si speciem illam non pro regula, sed pro regulæ ampliatione referat Aym. Crau. qui optime post alios explicat, conf. 172. nu. 10. apertius Balbo in l. i. ff. sol. matr. 1. p. ex n. 70. maxime num. 71. vers. Et facit, & num. 73. tum etiam quia; & si regula, & traditio membrata glossa Iacobi accipitur, prout eam interpretes communiter acceperunt ita demum in proposito infringetur, si aliunde daremus; omni iuramento eam vim inesse, vt iudicij, siue litis contestatæ instar obtineret, hæc etenim requirit qualitatem lex, quæ per iuramentum actionem perpetuati docet, atque adeo tunc, cum indistinctè iuramento vis inest illa verum esset dicere dispositionem seu legem simpliciter de tempore actionis disponentem non comprehendere eam quæ ex contractu quomodocumque iurato descendit, quia tunc virtute iuramenti, perinde ac si lis contestata foret, actio perpetuaretur in annos 40. iuxta reg. legis fin. C. de præscript. 30. vel 40. ann. at ius nostrum tantum hæc vim tribuit iuramento litis decisorio vt constat ex d. §. si is, qui temporalis, & d. l. 14. partitæ, adeoque eam cæteris plane negasse videtur, arg. legis cum in l. 2. titum 65. §. 1. vers. Quæ enim ff. de conditio. & demonstrat. cum similibus, ac per consequens actus huiusmodi decisorio iuramento stabilitos, duntaxat excludit lex quæ actionibus certas præscribit metas, non etiam eos qui alii iuramentis, talè vim non habentibus tallati forent. Nec * si rectè inspicatur plures ex his, qui pro Antonij Gabriellis sententia citantur, de alio iuramento loquuntur, quam quod à parati parati defertur, vt præ aliis videre est apud Marcum

Marcum Antonium Barberium, quem & ille pro se affert, in *tratt. de virtute*, & *virtutibus iuramenti*, inter *trattatu* Doctorum *secunda* editionis, tom. 5, qui licet prius *decif. 29*, sine n. 42. de iuramento simpliciter loquutus fuerit, vim ei actionem perpe uan d. tribuens, aut postea *decif. 5*, sine n. 70. ad quem locum ipse seantea retulerat, rem aperitius explicans, nominatim loquitur in iuramento delato à parte parti, cui eam vim dumtaxat competere longè verius est, vt satis probauimus.

15 Sed licet hæc sint verissima, non tamen casu nostro rectè adaptantur, in quo neque promissorium, neque confirmatorium fuit iuramentum, sed assertorium potius, quale dicitur id, quod de re præfenti, aut præterita interponitur, dum sub eo aliquid sic esse, vel fuisse affirmatur, ad veritatis declarationem, vt in *l. 3. vers. Si tamen, C. si minor se maiorẽ dixerit, c. 1. vers. Omne etiam & c. 1. cum segg. 22. q. 1. c. & si Christus 26. de iurando*, de quo D. Th. & ad eum Caiet. 2. 2. q. 89. art. 1. & 7. in corpore, Sorus de *iust. & in lib. 8. g. 1. sub eiusdem art. 1. & 7. & vltra alios obseruans optimè Marant. de ord. iudicior. 6. p. altu. n. 36. D. Couar. in c. quædam pactum 1. part. inu. n. 4. Seraph. de priuileg. iuram. in præf. ante n. 1. in l. 2. & 4. idque planè accidit in inuentario illo, quod Hieronymus Romulus in limine matrimonij à se contrahendi confecit, assertens in eo sub iuramento, se Andream Philippum debitorem esse. Nec enim * promissorium rectè id iuramentum ex eo dicitur, quod æquiuale videtur iurata promissioni soluendi debitum declaratum, iuxta ea, quæ debiti confessione à testatore facta, vt tacitè includat, & secum annexam habeat dispositionem solutionis, resoluit Gomezius, cuius *supra num. 3. in proposito* meminimus; quoniam ea doctrina procedit tantum in simplici assertione, seu confessione debiti, non autem in iurata, quoad hoc vt iuramentum ad solutionem obliget, itaut contrauentientem periturum faciat, quasi id subintellectum similiter in tacita dispositione censetur, hoc enim peculiare * iuramentum habet, vt formaliter, & expresse in quolibet actu præstandum sit, nec vltra eum vires suas exerat per solam relationem, aut sub auditio nem, Tex. elegans in *c. penult. de iurando*, quem ad hoc valde commendat vltra DD. ibi, Phil. Decin c. nam concupiscentiam. 2. l. iura. vers. 2. non venit sub n. 5. de consuet. & in *l. semper in stipulationibus 34. n. 3. vers.* Sed non est verum, ff. de reg. iur. Mariannus, Soc. iun. ad l. Gallus, §. idem credendum, n. 26. ad ff. de lib. & posthu. pluresque alij, quos referunt, & sequuntur D. Præfes Couar. in c. quædam pactum 1. partis in iura. n. 8. de pactis lib. 6. Pat. Thom. Sanchez in *summa* 18 lib. 3. c. 17. num. 20. Accedit his, * quod inuentarium bonorum conficiens, & in eo debita declarans, iurata sub assertione, hoc solum facit, vt manifestè ostendat, ac testetur, se id tantum habere in bonis, quod debitis illis deductis superest, iuxta ea, quæ ad tertiam obiectionis remotionem superius *dissertat. 8. n. 30.* adnotauimus, non autem vt se ad debita illa soluenda sub iuramento obliget, & sic succedit iuris regula, quæ docet, quod actus agentium, vltra eorum intentionem operari non debent, l. non omnia 19. ff. de rebu. cred. cum similibus.*

19 Quapropter absque præcedenti diffugio superioribus difficultatibus verissimè responderetur, quod de iuramento confirmatorio, & promissorio diximus, vt locum in eis non obtineat reg. d. l. nam postea 9. §. si sit, qui temporali, ff. de iurando, & d. legio 14. vers. Otrrosidizimos, tit. 11. p. 3. æquè procedere in iuramento assertorio, quod decisorium non sit, vt in specie nostra, nec enim per id magis actio perpetuatur, sumpto argumento à ratione

legis cessante iuxta regulam legis adigere 6. §. quamuis, ff. de iure patronatus, cum similibus relatis à Nicolao Euerard. loco 80. à cessatione rationis, cum non minus in eo iuramento, quam in promissorio, & confirmatorio cesset ratio, qua nititur illorum iurium decifio, vt quasi lis in iudicio contestata esse, actionem perpetuam efficiat, nam neque id assertorium iuramentum commune quicquam habet cum iudicio, aut litis contestatione. Dixi * quod decisorium non sit, vt indicarem, decisorium iuramentum, tam iudiciale, quam extrajudiciale, esse etiam assertorium, non tamen vice versa omne assertorium, esse decisorium, quemadmodum in eo videre est, quod in inuentario, aliave scriptura, citra iudicium vel conuentionem quis facit, tametsi vulgò Doctores in hac materia sub simplici assertorio iuramenti nomine, decisorium tantum intelligant, vt admonui *sup. n. 2.*

20 Ex quibus vtilis deducitur declaratio ad l. Regiam 6. tit. 1. lib. 3. ordinum veteris, quæ est lex 11. in l. 1. 12. tit. 1. lib. 4. noua compilat. quæ iuramenta in contractibus alioqui omninò validis, præter casus inibi exprefos, districte prohibent, apponi, similisque apud Lusitanos extat ordinatio lib. 4. tit. 3. alias 73. iuxta nouiore editionem, nisi quod non distinguit circa contractus, vtrum validi, vel inuadili sint, nec talem accepit declarationem ab alia ordinatione, quemadmodum accepit dicta lex 11. compilationis à l. 12. sequenti, tamen autem eius dispositionem eadem declaratio receptissima fuisse apud omnes, qui de eorum legum iustitia tractauerunt, quos infra referemus, & interim obseruare cum pluribus Franciscus Caldeus Peteira *quæst. forens. libro primo, quæst. 23. numero 12. ad finem.* Circa quas quidem leges illud inter alia plerumque dubitari contingit, vtrum certum * dispositio generaliter procedat in omni iuramento, ad debitu pertinente, non tantum promissorio, aut actus alioqui per se validi confirmatorio, siue potius corroboratorio (vt sic loquat, quia ad maius robore actui tribusandum interponitur) vt in simili de statuto, idem disponente quod ius commune, probat rectè Gerardus Mazollus *conf. 67. num. 2. sed etiam in assertorio: & locum in eo non habere, sed impunè tale assertorium iuramentum in publico instrumento apponi posse, planè sentit, ac supponit Roder. Suar. cuius *sup. num. 8. memini*, dum id etiam hodie in instrumento apponi consulit, iuxta cautelam Bart. & aliorum in d. §. si sit, qui temporali, quam & sequuntur alij Regnicolæ *num. 4. relati*, apertius verò tam sententiam in terminis dictæ ordinationis Lusitanæ docuit Emanuel Costa in l. si ex cautione fallentis 10. num. 4. Cod. de non numerat. pecu. Antonius Gamma *decif. 247. num. 2.* & tam in eius terminis, quam nostrarum legum Regiarum, vt veriore eligat Petr. Barbosa d. 1. p. legis 1. ff. sol. matrim. num. 80. circa finem, & in d. l. fur. C. de præscrip. 30. vel. 40. ann. num. 20. Qui ex eo * imprimis mouentur, quod præfata leges dumtaxat loquantur in iuramento promissorio, & confirmatorio, vt quoad Lusitanam ordinationem probant ex illis verbis, *prometimento de boa fee, ou algum iuramento*, explicando posterioris æternatiuæ partem per priorem, iuxta regulam, l. 1. ff. de rebu. dubiis, & apertius ex alia ordinatione, quæ extat lib. 1. tit. 59. §. 28. in antiquis, illic: *Que não se dão nenhũs contratos, nem començas, em que as partes se obriguem por iuramento, ou a boa fee, de comprir, & manter os dios contratos*; quoad alias verò Hispaniæ leges idem ex eo probari potest, quod de his*

his iuramentis sermonem faciant, quæ vel inducenda, vel quasi roboranda obligationis gratia interponunt, vt constat ex *dist. 1. 6. ordinationis, & dist. 1. 11. compil. illic: Los legos que se obligan con su amero*, & ibi. *No haga obligacion en que se femosa à la jurisdiccion Ecclesiastica, ni haga iuramento por la tal obligacion, &c.* id quod in promissorio confirmatorio, seu roboratio iuramento duntaxat verificatur, hæc autem * longè differant ab assertorio, quippe, quod sui natura tantum fertur ad declarandam veritatem rei præfentis, vel præterite, vt diximus, non autem vt id quod assertor, in futuro verum fiat, quod aliorum iuramentorum proprium est, nam & idem inter simplicem promissionem, & assertionem interest, l. sciendum 19. §. distum ff. de adit. edit. & in terminis explicauerunt D. Thom. Sorus, & alij *sup.* Ex qua differentia efficitur, vt lex * correctoria iuris antiqui, in promissorio, aut confirmatorio iuramento loquens, non habeat locum in assertorio, & vice versa, vt docuit Imola in cap. cum contingat 18. numer. 65. de iurando, quem referunt, & sequuntur Aretinus *conf. 74. numer. 4.* & Palæcius Rubens in *vrb. de donat. inter, §. 15. num. 4. ad medium.* Quare nec præfate leges, quæ liberam sub iuramento contrahendi facultatem adiunxit, contra ordinarias vtriusque iuris regulas, ad assertorium iuramentum trahi debent. Deinde quoniam ratio * quæ potissimum leges illæ nituntur, in eo consistit, quod non ob aliam causam iuramenta in contractibus alioqui validis censentur apponi, imò & frequentissimè apponuntur, quam vt Regia fraudetur iuridictio, quod ne fiat aliis quoque legibus accitit est inhibitu, vt constat ex *l. 3. 4. 5. & 7. dist. tit. 1. lib. 3. ordinationis veteris, & l. 10. 11. 14. & 15. dist. tit. 1. lib. 4. noua compil.* ratione namque iuramenti, * Ecclesiasticus quoque iudex inter laicos cognitionem habet, cap. fin. cum relatis à gloss. verbo *iuramenti, de foro compe. in 6. cuius intellectum vltra ordinarios ibi; prosequuntur optimè Gutier. de iuram. confirm. 3. part. cap. 12. à num. 2. Sanchez in *summa lib. 3. cap. 13. ex num. 11.* & in terminis cum effectu iuramenti, contractui valido appositi, vt singulare refert, valdeque commendat Imola in d. cap. cum contingat. numer. 29. ac prosequuntur post alios Seraphinus de priuilegijs iuram. priuileg. 67. per totum; Ioan. Gutier. de iuram. confirmator. 3. part. cap. 12. ex num. 3. vers. Sed contrarium. Ex qua * sola ratione eas leges ab iniustitia defendunt præter alios*

28 Ferdinandus Loazes ad l. si filiusfamil. §. Diui, numer. 147. ff. de leg. 1. tom. 1. repetitionum ciuiliu nouissima editionis, Pala. Rubens in cap. per vestras, de donat. inter, §. ult. à num. 20. D. Præfes Couar. in cap. quamuis pactum, 1. p. §. 3. numer. 23. & 26. Auenda. de exequen. huius mandati. 2. part. cap. 17. numer. 14. vers. Sed qualiter, Didacus Perez in *dist. 1. 6. ordinationis*, Pala. Rubens in princip. Matiençus in l. 2. gloss. 8. numer. 3. tit. 1. lib. 5. noua compilat. Gundissaluis Paz in *praxi 4. p. tom. 1. cap. 3. numer. 15. & tom. 2. pralud. 2. numer. 39. ad med. vers. Expendo, Parlador. lib. 2. rerum quæst. cap. 4. num. 63. vers. Et iuris quidem*, vbi alios addit, & vers. *Ego vt dicam; Arcue, in d. l. 11. numer. 4. & in d. l. 12. ante numer. 1. tit. 1. lib. 4. compil.* Petr. Barbosa d. 1. p. legis 1. ff. sol. matrim. numer. 73. in fin. cum segg. & qui plures alios congerunt Petr. Zenedus *colleccanea 2. ad 6. numer. 4.* & Emanuel Barbosa in *remiss. ad ordinationes Lusitanicæ lib. 4. tit. 7. num. 1.* & vltra eos optimè Sanchez 29 in *summa d. lib. 3. c. 2. 2. num. 6.* Quæ sanè * ratio in

assertorio iuramento locum non obtinet, cum ad firmandam tantum veritatem, non etiam ad contractus, vel obligationis introductionem, aut confirmationem, seu corroborationem in fraudem Regiæ iurisdictionis appolium videri possit; vt in simili argumentatur Signorolus de Homodeis *conf. 106. num. vlr.* Ioannes Imolenfis in cap. cum contingat n. 85. vers. Sed aduerte, de iurand. D. Couar. var. resolut. lib. 1. c. 7. n. 4. vers. 5.

Contrariam tamen sententiam, quinimò relatas Regias, in contractibus alijs validis iuramentum apponi prohibentes, in assertorio quoque iuramento locum sibi vindicare, in terminis ordinationis Lusitanæ, vt veriorem amplectitur, praxique receptam testatur Aluarius Valæscus *consultat. 99. numer. 4. ad finem*, & in terminis nostrarum legum, tanquam certam supportum Didacus Perez in *l. 3. tit. 13. lib. 5. ordinationis, gloss. 1. verius finem, vers.* Intellegitur præterea, ad eadem versuili, Franc. Auileus in *capitulis Prætorum, cap. 10. verbo execution, num. 36. ad fin. vers. Licet iam hodie impugnantès * cautelam Bartoli, & aliorum, cuius *sup. numer. 4. meminimus, vt ad effectum actionis perpetuandæ in instrumento apponatur clausula, qua debitor cum iuramento se talem esse affirmet, quam aiunt hodie, stante iure nostro Regio, apponi non posse, & Azuced. in *dist. 1. 11. compilation. numer. 19.* qui tamen * perpetuam præcedentem sententiam imponit Perecio *ubi proxime*, iuxta correctam litteræ, putans verba Angeli, quæ ille refert, vt cum confutet, ipsius Perecii, idem quod Angelus docentis, esse, licet tandem Azucedus agnoscat, Didacum Perecium, inspecta litteræ, huius contrariæ fuisse sententiæ, eius iuramentum corruptum esse dicens, in quo sanè merè hallucinatus est. Mouentur autem hi omnes primò ex generalitate dictarum legum * dum iuramenti verbo simpliciter vtuntur, quod sub se omnes iuramenti species complectuntur, iuxta regulam *Text. in litem legat. 49. §. item interest*, vbi notat Gotofr. Schol. 1. ff. de legat. 1. & in l. semper specialia 189. ff. de reg. iur. iuncta alia reg. l. 1. §. generaliter. ff. de legatis præfatis, cum similibus. Deinde ex rationibus, * quibus leges nostræ nominatim nituntur, quæ non tantum vitandæ seculari iurisdictionem sed etiam vitandæ secularium subditorum peritiam, & aliaque eorum damnatam spiritualia, quam temporalia, quæ rationes * licet in ordinatione Lusitana non sint expresse, cum tamen aliæ assignari non possunt, pro expressis habentur, iuxta doctrinam glossæ *ultima ad finem, in l. quamuis 15. Cod. de fideicommissis*, quam pluribus receptam testatur Tiraquel. in *tratt. cessante causa, limit. 2. à num. 7. & in l. si ququam, in princ. numer. 62. Cod. de reuocand. donat.* Nicol. Euerard, in *locis legalibus loco 78. à ratione l. si uilla numer. 9. & loco 79. à ratione l. largi num. 21. Ant. Gomez ad l. 45. Tauri numer. 117. ad med. vers. Primò quia eadem ratio, D. Ludouic. Molina de Hispanorum primogenijs lib. 1. cap. 1. num. 9. lib. 3. cap. 5. num. 4. 5. & 6. Petr. Salazar de *us. & consuetudine cap. 12. num. 12. & 11. Ioan. Petr. Suid. conf. 277. numer. 20. & 28. Stephanus Gratianus dissect. forens. lib. 1. cap. 40. numer. 16. Vincentius Fular. conf. 54. numer. 55. D. Ioannes del Castillo, quæuid. controuersior. tom. 2. cap. 4. numer. 89. & tom. 6. cap. 170. per totum, & cap. 181. numer. 8. qui licet in unica ratione loquantur, non tamen proinde exclusisse videntur duas, vel plures rationes ad idem tendentes, quæ in casu à lege non prou fo****

non minus verificentur, ac procedant: illa verò rationes æque militant in assertorio iuramento ac in promissorio, & confirmatorio seu roboratorio actus alioqui omnino validi, vt in terminis aduertit Valafcus vbi sup.

36 His & illud adici potest, quod ratione perituri, quod in assertorio quoque iuramento quis committere potest falsum iurando, potest etiam laicus ad Ecclesiasticum iudicem trahi, ab eoque puniri, cum id crimen mixti fori sit, vt satis constat ex cap. nouit. 13. de iudiciis, & notat gl. verbo malefactores, vers. Item crimen, in cap. cum sit generale. 8. de foro compe. recepta ab Abb. num. 21. & communi, quam resoluunt Felin. num. 7. ibi Guido Papæ conf. 29. n. vlt. D. Couarr. in 4. 2. p. cap. 6. n. 10. alias 21. Paz in praxi tom. 2. pralud. 2. n. 35. Salzedus in additione ad Bernard. Diaz in praxi crim. can. cap. 92. lit. B. vers. vltim. D. Ioannes Vela de delictis cap. 28. de perituri pena, num. vlt. Marta de iurisdic. 2. p. 1. partis 6. n. 24. vltra plures alios, nouissime congestos ab August. Barbofa in collectan. ad dictam cap. cum sit generale. n. 9. & à nobis in pralud. ad e. de officio ordin. 1. p. n. 93. quare & si nulla alia ratio in dictis legibus exprimeretur, quam tuendi seculari iurisdictionem, sufficiens illa videretur ad comprehendendum assertorium iuramentum, ceterum addita ratio vitandi secularium subditorum perituri, rem videtur indubitabilem facere.

37 Quæ duæ pugnantis sententiæ ex superius traditis facile ad concordiam rediguntur, vt prior leges Regias intelligens in iuramento promissorio, & actus validi confirmatorio, seu corroboratorio dumtaxat, non etiam in assertorio, quod per eas prohibuit esse negat, vera tantum sit & procedat in iuramento assertorio non decisorio, quod non est per leges illas in publico instrumento apponi prohibuit, puta quod in inventario, l. bonorum descriptione interponitur vt in specie nostræ litis, aut in alio instrumento, minime ad litis decisionem inter partes tendente, vt in exemplo legis penult. vers. Si tamen in instrumento, c. si minor se maiorem dixerit, ac in simili exemplo decisionis Gammæ in his terminis loquuntur Imola, Aret. & Palatius Rubeus relati sub num. 25. quicquid in assertorio decisorio nominatim loquatur Barbofa. Posterior vero sententia, astringens, assertorium quoque iuramentum censi prohibuit, vice versa procedat in iuramento assertorio decisorio, nempe ex conuentione partium in instrumento interposito, iuxta regulam legis iusurandam 17. ff. de iurando, in quo non minus, ac in promissorio & confirmatorio procedunt leges Regiæ ex rationis * identitate, iuxta aliam regulam legis illud 31. ff. ad legem Aquiliam §. l. à Titio 108. ff. de verbor. obligationibus, eum relatis à Tiraq. in tractatu cessante causa 1. p. num. 154. Euerard. in locis legalibus loco 15. à simili ex num. 1. & ab Augustino Barbofa, late exornante, axiomate 197. a num.

38 3. que regula, * & in limitatoris legibus, quales Regiæ nostræ censi debent, locum obtinet, elegans Textus in cap. cum dilectæ 4. vers. Nos igitur de confirmatione vtili, vel inutili, in proposito rectè expensis à Petro Barbofa in l. si constante 25. in princip. sub numer. 94. ff. soluto matrim. vbi tamen minus rectè ab illis omnino separata exorbitantes, iuxta ea, quæ diximus differat. 7. num. 43. idemque in penalibus (quales illæ quoque sunt) probat Tiraq. in d. tract. cessante causa 1. p. num. 160. & cum aliis pluribus Petr. Au-

gustin. Motla in empirio vtriusque iuris ad iural. ff. de legib. quæst. 6. num. 16. ac nos probauimus d. differat. 7. a num. 16. nempe ideo quia * & iuramentum assertorium decisorium sui natura tendit ad obligandum iuramentum ei, in cuius fauorem iuratur, & huic aduersus illum actionem querendam, quam ratione iuramenti eodem modo poterit eotam Ecclesiastico iudice exercere. Quæ ratio cessat in iuramento assertorio, non decisorio, & ideo hoc in instrumento apponi potest, illud non item.

Vnde cauendum est à viro alioqui doctissimo 41 Roderic. Suar. in d. l. post rem iudicatam notab. 2. §. considerat. vltimo num. 2. vers. Ego tenco, & num. 6. aliisque Regnicolis, eius affectis, contrarium tanquam certum falso supponentibus, dum cautelam illam tradunt eius sup. num. 4. & 8. meminimus quæ absque violatione legum Regiarum verificari nequit, quod non adinuenerit Volanus in curia Philippica 2. p. §. 1. num. 14. eandem cautelam referens, & saluis Regiis legibus illa vtendum fore dicens, quasi id fieri quoquomodo possit.

Nec huic verissime concordat, ac resolutioni 42 quicquam refragantur quæ pro secunda sententiæ comprobatione adduximus, & imprimis non obstat generalitas verbi iuramentum, quo vtuntur leges Regiæ, quia cum illud adiungat obligationis verbo necessarium restringendæ sunt ad iuramentum, obligationis introducendæ aut corroborandæ causa interpositum; quod vltimum magis expressit d. lex 12. compilatio post principium, ibi los dichos eferuamos 7 notarios no queren tomar juramento en contrato, que de su natura requiere juramento, iuncto vers. T assi mismo, illic: Nuestra voluntad no fue de quitar el juramento en los contratos, que para su validacion se requiera, &c.

Deinde nec obstant rationes aliæ, præter iurisdictionis fraudationem, quibus nituntur Regiæ leges, quia non sunt illæ finales, sed impulsivæ, ad coadiuandam potissimum: ac finalis rationem fraudationis Regiæ iurisdictionis, quæ * ex earum proemio constat, quod finalis indicare causam certissimum est, vt ex l. finali ff. de hered. instit. Lalumine 30. §. fin. ff. de adimen. legatis, nonnullique aliis iuris locis, communiter notantur interpretes, quemadmodum præ aliis testantur, D. Ludouicus Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 5. num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 2. à num. 3. Ioannes Gutier. pract. quæst. lib. 3. quæst. 5. n. 44. nouissime cum multis Aug. Barbofa. axiom. 192. n. 1. & seqq. ac notauit sup. differat. 7. num. 17.

Multoque minus rationes illa mouere debent, 45 inspecta Lusitana ordinatione, in qua interfecti non reperiuntur, & ideo potuit legislator illis non moueri ad sic disponendum, maxime quia in vnica tantum ratione, eaque finali, quæ sola reddi possit, verum est Doctorem pronuntiatum, quod pro expressa scilicet haberi debeat vt ipsi clarè loquuntur, & explicant, ac sentit Bart. in l. liberorum 220. num. 12. in fin. ff. de verbo significat. quem ad hoc nominatim refert, ac sequitur, Aymon Grauet, de antiquit. temporum 4. part. in princ. num. 83. ad fin. vers. Sed dici potest, Farinacius fragmentorum criminalium part. 1. lit. E. verbo extensio, num. 64. atque ita etiam velut receptissimum resoluit Henricus Rosental. de feudis cap. 1. concl. 15. num. 18. cum relatis lit. G. H. & I. (vbi, quod in dubio plures esse leges rationes præsumatur, & non vnâ tantum) & cap. 2. conclus. 33. numero 13. id quod latius prosequitur Farinac.

Farinac. dist. verbo extensio, à numer. 180. maxime num. 182.

46 Sed neque illud quicquam mouet, quod pro secunda sententia posttrahend adhibebatur, rationem scilicet tuendæ secularis iurisdictionis, in omni quoque assertorio iuramento verificari, adeoque etiam in non decisorio, propterea quod possit quis in instrumento falsum iurando asserere, atque ita ratione perituri ad Ecclesiasticum iudicem trahi, ab eoque puniri; hoc enim argumentum ex pluribus cessat. Imprimis, quia cum alias * delictum lex in dubio non præsumat, h. si quis seruum 9. vers. Nili forte, ff. de seruo corrupto, l. merito 51. in fine principij, ff. pro socio, litem apud Labonem 15. §. si communem 36. ff. de iniurijs, cum similibus, quam regulam late prosequuntur, & explicant Alciatus, & Menoch. de præsumpt. ille regula 3. præsumpt. 1. cum seqq. maxime num. 24. 27. & 30. hic verò lib. 4. præsumpt. 161. num. 26. & lib. 5. præsumpt. 3. ex numer. 14. & præsumpt. 35. numer. 8. vltra alios relatos ab Augustin. Barbofa axiom. 68. à numer. 14. & Simone Voz Barbofa ad principia, & loca communia lit. D. n. 16. & Gabriele Aluarez de Velasco sub eadem lit. n. 172. multò * minus præsumet, perituri delictum in actu ita scio, quale instrumentum est, admissum fuisse, vt in simili de falsi crimine in legatum sibi adscribendo dixit Imperator in l. penult. in fine, C. de his, qui sibi adscribunt in testamento, nisi forsitan * iuramentum fieret à persona suspecta in damnum tertij; argum. l. cum quis decedens 3 §. alijs 37. §. Titia, cum traditis à Bart. & communi ff. de legat. 3. & in eleganti exemplo obseruat Palacius Rubeus in rub. de donat. inter, d. §. 51. num. 4. vbi alios congerit Barahona lit. B. quod tamen in proposito rarissime ad non nunquam euenire potest, adeoque à legillatore prospectum videri non debet, iuxta reg. Text. in l. iura constitui 3. cum tribus seqq. ff. de legibus, quomodo in simili argumentatur rectè D. Ioannes Baptista Valençuela in defensione monitorij contra Venetos numer. 282. vers. Nec immunitati, & numer. 283. Deinceps, quia est frequentius, ac generalis tamen, perituri in instrumentis committi, id tamen * tum præter fraudis consilium, & intentionem eueniret, cum absurdissimum sit dicere, peccatorum quemquam, vt Ecclesiastico iudici contra ipsum iurisdictionem tribuat; tum etiam nec re ipsa iurisdictionem Regiam omnino fraudare possit, cum in delictis * mixti fori regulare sit, vt laicus non rectè puniatur ab Ecclesiastico; iterum à suo seculari iudice condigna pena puniri valeat, vt ex cap. fidei 5. §. per hoc de penis lib. 6. communiter notantur Interpretes, quos referunt, & sequuntur D. Præles Couarr. lib. 2. variar. cap. 10. numer. 6. & in cap. Reynanus, de testamentis, in princip. numer. 19. alias 27. Auendañ. de execution. mandatis 2. part. cap. 5. numer. 14. Anton. Gómez tom. 3. variar. cap. 1. num. 40. Iulius Clatus lib. 5. sentent. §. final. quæst. 57. num. 14. Paz in praxi tom. 2. pralud. 2. à numer. 49. Ceuallus practice quæst. tom. 1. quæst. 11. num. 10. & 11. & tom. 4. quæst. 897. (quæ est 1. illius lib.) numer. 576. & tom. 5. 2. part. quæst. 85. numer. 5. nouissime Gabriel Pereira tom. 1. de manu Regiæ cap. 10. numer. 2. dixique ego; ac nonnulla iuris ciuilibus loca in id expendi in scriptis olim ex iniuncto Cathedræ ad cap. 1. de officio ordinarij, quæ multo post hæc scripta typis mandata sunt, 1. part. à num. 117.

47 52 Tandem ac potissimum, * quia cum leges Regiæ dumtaxat (vt diximus) loquantur de iuramento D. D. Vela differat. Iuris Tom. I.

contractui adiecto ad obligationem ex eo querendam, vel semel valide, ac firmiter qualem firmiorem, ac efficaciotem reddendam, vt accidit in promissorio, & actus omnino validi confirmatorio, seu corroboratorio; ratio in eis præscripta, tametij generalis, restringenda est ad fraudem Regiæ iurisdictionis, quæ sit per huiusmodi iuramenta, vel eis similia, quale esse assertorium decisorium non semel dictum est, cum non sit in iure nouum, vt * generalis ratio in lege expressa, ad speciem in ea propositam reducatur, & iuxta eam limitetur, l. 4. vers. Nec enim, ff. qui potiores in pignore habeantur, iuncto cap. ad nostram 7. iuxta communem eius intellectum, de iniurando, cum aliis plerisque iuris locis, in proposito adductis à Didaco Spino in speculo iustamentorum gl. 13. principali num. 44. Idque ego latius comprobauit differat. 5. numer. 44. cum duobus sequentibus.

Ex quo similiter sit satis alteri rationi, qua vtuntur Regiæ leges, vitandi scilicet subditorum perituri, nam cum illa non sit finalis, sed impulsiva, & coadiuuans principalem rationem, quæ eò tendit, ne Regia iurisdictioni fraudetur, vt dictum est, consequenter eodem modo declaranda; ac limitanda venit, argum. reg. accessorium lib. 6. de perituri scilicet commissis in contrahendo contractibus, & obligationibus iuratis, non iurando falsum; nam & subiecta * materia id ita postulat, iuxta quam verba accipienda, & interpretanda sunt, etiam si aliquatenus impropriari contingeret l. si no 17. (quæ aliàs est §. Papinianum l. ex conditio 15.) iuncta gloss. verbo sed intransiio, ff. locati, cum adductis à Nicol. Euerard. in locis legalibus loco 46. alias 93. à subiecta materia, & à me in relectione typis olim excusa ad cap. 1. de fide instrument. numer. 11. vers. In qua difficultate, ac supra differat. 6. num. 24.

Illud superioribus non inutiliter addendum est circa iustitiam dictarum legum Regiarum, quod est adhuc de illa, maxime in irritando contractus iuratos, non parum hæsitauerunt plures viri doctissimi, eò quod supra allata causa iustitiam tantum sint, vt secularis Princeps à Romano Pontifice impetrare valeat irritationem iuramenti, aut facultatem eam faciendi, non etiam vt ipse per se hoc facere possit, cum de iuramenti vinculo legem ferre nequeat, adeoque eius leges ex defectu potestatis nullæ sint, iuxta ea, quæ generaliter cum pluribus resoluunt Marta de iurisdictione 4. part. casu 72. ex num. 13. Heteules Marefcotus, variar. resolut. lib. 1. cap. 62. à numer. 9. vers. Quibus tamen non obstantibus, & in terminis nostratum legum id quidem quoad irritationem contractus iurati magis probat Patladiorum lib. 2. rerum quæstid. cap. 4. numer. 55. vers. Parò quatenus, & vt indubitatum resoluit communis olim præceptor Didacus Sahagun à Villafane in cap. 2. sub numer. 128. de iudicijs, dicens, nunquam in Hispanis tribunalibus de nullitate huiusmodi contractuum ob iuramenti interpositionem pronuntiatum esse, quod & ipsum sentit non obscure * Aluarus Valafcus consultatione 99. n. 1. & 3. qui proinde tribus numeris sequentibus pro earum legum defensione recurrit ad sanam priuilegij, siue indulti Apostolici, ab antiquissimis temporibus Lusitanæ, & Castellæ Regibus concessi, tales leges condendi, & ad præsumptum eius concessionis veritatem ex tolerantia tanti temporis, quo illæ leges late sunt, & in praxi seruantur, tamen

ego eas leges, prout late sunt, simpliciter ab- que vilo diffugio iustissimas, ac validas existimo. Non vtiq; ex eo quod considerat Matiençus ad l. tit. 2. lib. 5. noua compilat. glof. 3. num. 7. & 12. nempe legem civilem posse impedire vim iuramenti, tam vetando ne illo contractus confringeretur, quam præcipiendo ne id iuramentum obliget, & vtrumque re vera efficere, quoties iuramentum contractui adici interdicit, quia sic necessarîo intendit obligare iurantem ad culpam, vt consequenter ratione talis culpæ iuramentum non obliget, quem conuincunt recte Petrus Barbosa in l. 1. ff. solut. matrim. 1. part. num. 73. & qui cum refert, ac sequitur Pat. Thom. Sanchez in summa lib. 3. cap. 22. num. 9. Neque ex eo * quod putant Pater Molina de iustitia, & iure tom. 1. dispensatione 149. num. 13. 15. & 16. & P. Sanchez. d. cap. 22. num. 10. & 11. quibus nouissime accessere D. Ioan. Barbofa in cap. 1. num. 92. & 93. de iureiurando, & paulo latius, liberiusque quam par esse, aduersus omnes iuris interpretes insurgens Pat. Magist. Basilius Legionensis in tract. de matrim. lib. 2. cap. 8. §. 5. num. 38. nempe leges illas directæ, & immediatè tantum irritasse contractus sub iuramento faciendos, antequam fierent, indirectè verò ac remote iuramentum ipsum eis additum, quodiure optimo ex causa boni publici seculari Principem facere posse docent. Quibus * quidem vehementer obstat iuris regula, quæ docet, quod cum quid vna via directò prohibetur, ad id alia indirectè non debet admitti, l. si is, qui ex bonis 6. vers. Sed hoc ita, vbi communiter DD. ff. de vulgari, & pupil. subtit. cap. cum quid vna via, 84. de reg. iur. in sexto, cum adductis à glof. Dy- no, & Petro Pechio ibi, qui optimè eam vltra alios exornat, & explicat, vt & fecere D. Ludou. Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 3. num. 37. Menoch. de arbitrar. lib. 2. ca. 45. 9. & de præsumpt. lib. 9. præsumpt. 169. num. 82. Surd. conf. 427. num. 40. ac decif. 21. num. 4. & decif. 301. num. 75. Petr. Barbofa ad l. cum Prator 12. §. vlt. num. 335. ff. de iudiciis Scacia de commerciis §. 1. q. 7. p. 7. ampliat. 11. num. 2. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glof. 13. part. 2. num. 3.

60 Nec exemplum, sequitur P. Sanchez vtiur & Ioannes Balboa ipsum legunt, quicquam ad rem facit, inde nimirum sumptum, quod sicut Ecclesia non potuit directè, & immediatè irritare matrimonium clandestinum, quatenus est Sacramentum, sed id solius Christi est; at potuit indirectè, & remotè, destruendo scilicet directè, & proximè contractum humanum, absque parocho & testibus celebratum, siue inhabiles ad eum reddendo contrahentes iuxta formam ab ea præscriptam, Conc. Tride. Sess. 24. de reform. mar. c. 1. vers. Qui aliter, quo tanquam fundamento destructo, destructum consequenter manet Sacramentum ipsi innitens, quod latius explicat idem Sanch. de matrim. lib. 3. dispnt. 4. num. 6. sic quamuis * Princeps secularis nequeat sua lege iuramentum præstandum irritare directè, & immediatè vtiur vinculum spirituale, eius facultatem excedens, potest tamen indirectè, & remotè nempe irritando contractum humanum, antequam inearit quo omnino destructo, destruitur, & irritatur consequenter iuramentum, in ipso fundatum, quod solus supremus Princeps potest efficere; nam inferior nequit contractus irritare. Non (inquam) ad rem facit est enim maxima inter vnum, & alterum casum disparitas, * summus Pontifex, aut generale concilium eius autoritate legitime congregatum, & si potestatem non ha-

beat irritandi matrimonium, ac potestatem habet circa matrimonium, ipsum & personas illud contrahentes quas ad id alio modo, quam à se statuto contrahendum inhabiles reddere potuit, ac secularis Princeps nullam habet potestatem circa spirituale iuramenti vinculum & idèd licet potestatem habeat in personas seculares sine ditionis illasque inhabiles reddere possit ad contractus alio civili modo quam à se constituto celebrandos non tamen ad illos inuendos sub iuramento, quippe super quo nec directè, nec indirectè legem ferre potuit, sed subditos tantum confringere independentè à re spirituali, quæ sub ipsius potestate non est. Accedit his, * quod et si secularis Princeps posset irritare contractum, cui iuramentum accederet, quod ab omni iure, & ratione, abhorret, vt dictum est, adhuc iuramentum ipsum sublato contractu, per se subsistere posset, & ad eius obseruantiam, ratione religionis, in foro nedum interiori, sed & exteriori, maxime canonico contrahentem obligaret sub perijuri reatu, cap. 1. cum segg. 22. quaf. 5. c. de iureiur. cum aliis de iureiur. iuncto c. 2. eod. tit. in 6. idque verissimum esse palam agnoscat Pat. Vazquez in opusculis tit. de testamentis, cap. 3. diu. 2. num. 20. 21. & 22. vers. Præterea, quem Pat. Basilius sup. incaute pro se adfert, imò & nonnulla alia, vt potè in mesem alienam faleem mittens, aduersus notissima Pontificij iuris dogmata commissit; quale illud est non esse veram illam regulam, iuramentum seruandum, quando in seruando nullum est peccatum, * que quod ille ne ita licenter, ac forcure absque vilo iure, quo nec niti poterat, loqueretur, animaduertere debuisse) apertissime probatur in cap. si vero 8. vers. Diximus, illic. Quod non est iurum quemlibet contra iuramentum suum venire, nisi tale sit quod seruatum vergat in dispendium salutis æternæ, c. si Christus 26. ante medium, illic. Et quamuis non sit per creaturam iurandum, si tamen iuretur per creaturam, seruandum est quidem, dummodo sit licitum, quod iuratur, & cum contingat 28. ad fin. illic, Obseruare debent huiusmodi iuramenta sine vi, & dolo sponte præstita, cum in alterius præiudicium non redundent, nec obseruata vergant in dispendium salutis æternæ, ex de iureiur. cap. quamuis pactum 2. illic; Omnino seruari debet, cum non vergat in æternæ salutis dispendium, de pact. lib. 6. qua de re vltra DD. vbiq; latissime disserit Pat. Suarez tom. 2. de religione, tract. de iuram. cap. 14. Scraphinus decif. 782. num. 4. cum segg. Cæsar Barcius decif. 25. num. 59. & 60. decif. 56. num. 23. in fin. decif. 74. num. 3. & decif. 103. num. 12. & in terminis ex hac ratione iam diu à me considerata doctrinam Patris Thomæ Sanctij (cuius solum meminit) nouissime conuincit Antonius Merenda controuersiarum iur. lib. 1. cap. 10. num. 10. iuncto num. 9. Aliunde igitur Regiarum legum iustitia pendet, * ex eo nempe quod re verà ille simpliciter non irritant contractus, vt ferè omnes sibi falsò persuasum habent, nec obligationes simpliciter, sed quatenus eas contrahentes ex instrumentis ipsis, in quibus iuramenta sunt apposta, ad exitum perducere volunt; vt satis constat * ex d. l. 6. ordinam. & d. l. 11. compilat. ibi: Tque la obligacion no vata, ni faga fee. Nam cum obligationis verbum referatur ad eam, quæ in instrumento continetur, ex reg. Text. in l. quoties idem sermo, 67. ff. de regul. iuris, cum similibus à me adductis differ. 6. num. 14. planè significat hæc verba, cuiusmodi obligationem instrumentariam non valere, siue fidem nullam instrumentum, quo ea continetur, facere quoad hoc, vt illa effectum habeat virtute ipsius

ipsius instrumenti, quippe ex cuius inspectione statim Ecclesiasticus iudex iurisdictionem suam fundatam haberet, vt seculari præueniret, cum * instrumentum rem inter contrahentes manifestam, & probationem (vt aiunt) probatam, nullaque forti discussione indigentem faciat, vt ex l. cum precibus 18. C. de probationibus, & c. cum dilecti 6. vers. Mandamus, de donat. vltra DD. vbiq; & plures alios notarunt Tiracuell. de retrat. con. sang. §. 2. glof. 2. à num. 20. Malcard. de probat. tom. 2. concl. mibi 907. Caualcant. decif. 45. num. 5. p. 1. Cancerc. var. resol. lib. 3. cap. 7. num. 215. Gratian. disp. forens. tom. 5. cap. 939. num. 4. Andr. Molfesius ad consuetud. Neapolit. tom. 1. p. 7. quaf. 16. num. 10. & 11. & tom. 2. p. 10. quaf. 6. num. 6. 7. & 8. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glof. 13. p. 2. num. 45. Cæf. Barcius decif. 42. num. 1. D. Valenc. conf. 2. num. 4. conf. 21. na. 78. conf. 22. num. 4. conf. 51. num. 2. lib. 1. conf. 129. n. 48. & 49. & conf. 169. num. 104. lib. 2. & qui innumeros cumulant Camill. Borell. in sum. decif. tom. 2. tit. 8. num. 84. Eman. Barbof. in reuissio. ord. ordinar. Lufit. lib. 3. tit. 25. ad rub. num. 1. & 2. Obligationis * itaque irritatio per leges Regias facta illud operatur, vt obligatio in eo instrumento contenta perinde habeatur, ac si in eo non interuenisset, ad hoc vt ex ipso ad illius implementum agi possit, vt potè vitiosè, ac inutiliter ibidem interposita, argum. Text. in l. quoties 6. §. qui satisfare cogantur, & in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. reg. non præstat 52. lib. 6. cum adductis à Surdo conf. 3. à num. 8. conf. 45. n. 41. & conf. 88. num. 16. conf. 157. num. 13. conf. 179. à num. 49. & conf. 381. à num. 3. ac decif. 51. num. 21. & 22. de decif. 122. num. 6. & decif. 269. num. 12. & post innumeros alios Mario Giurba ad consuet. Messan. cap. 8. glof. 7. num. 4. §. 9. ad hocque necesse sit vt aliter probetur, prout fieri potest ex testibus in eo instrumento descriptis, aut aliis, qui eius confessioni, vel contractui ipsi præsentis fuerint, iuxta tradita à Didac. Per. in d. l. 1. 6. ordinam. gl. 1. vers. vlt. Gutierrez in d. l. 1. an. h. b. Sacramenta puer. um. 165. Cæf. si aduersus vendit. Azeued. in d. l. 11. compil. num. 18. ad med. & nu. 29. ver. no vata iunctis que circa * differentiam inter irritationem instrumenti, & contractus in eo contenti, itaut de vno ad aliud inferri non debeat, vtiliter post alios scribit ipsi Azeued. ad l. 13. tit. 24. lib. 4. n. 58. Surd. conf. 80. num. 29. conf. 144. à num. 13. & conf. 318. num. 16. & 17. ac decif. 277. à num. 1. ad 7. Scraph. de priuilegiis priuilegiis 34. num. 7. Cancerc. varior. resolut. lib. 2. cap. 3. num. 29. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. glof. 3. p. 7. à num. 66. ad 70. Carol. de Grass. de exceptio. prelat. num. 153. atque ita; et si obligatio instrumentaria per leges Regias irritetur, non censetur irritata sola obligatio de per se absque instrumento, vnde vel modicum vel * nullum subest periculum, quod Ecclesiasticum ratione iuramenti cognitionem in secularibus habeat, quia cum instrumentarius creditor non possit ex illo instrumento agere, sed contractum per testes probare debeat, necesse est, vt debitor laicum coram seculari iudice iudicet, atque ita præuentione iam ab illo hinc modo facta, nullus postea ad Ecclesiasticum patebit accessus. Quod * de facto creditor debitorem suum laicum ordinariè vel executiue ex vi illius instrumenti coram Ecclesiastico iudice conueniret, posset merito debitor conuentus, illius declinare iudicium, ab eiusque processu appellare, & rem per viam violentiæ (vt vocant) ad Regia prætoria deferre, vbi Ecclesiasticum in cognoscendo, & procedendo aduersus talem debitorem laicum vim facere declarabitur, vulgo auto de leges. Quinimò * idem

consequetur et si declinatoriam non obiciat, nec appellationem interponat, iuxta ea, quæ ex aliorum mente generaliter in laicorum causis resolunt Gasp. Roderic. de am. reuol. lib. 1. q. 17. n. 71. vers. Hic tamen, Hier. Ceual. de cogni. per viam violentiæ, gl. 16. sub n. 10. D. Franc. Salgad. de Reg. protell. p. 1. cap. 2. num. 69.

DISSERTATIO XI.

De transmissione hæreditatis, ante eam aditam regulariter non faciendâ, ac de vera, nec hæcenus redè explicata eius regulæ ratione, quibusque casibus transmissioni locus sit: ad interpretationem quamplurimum, valdeque difficilium iuris locorum.

SVMMARIA.

- 1 Materia introductio, & eminationis ratio ad tres præcedentes dissertationes.
- 2 Hæreditas, vel bonorum possessio nondum adita non transmittitur.
- 3 Quæ regula procedit, etiam si hæreditas ex substitutione delata sit.
- 4 Quoties hæreditas sit, ff. de acquir. hæred. perperam emendatur ab Anton. Fabro. ibid.
- 5 Eius regula ratio difficilior est, & quare? cum num. seqq.
- 6 Spes, quam quis habet, aliquid sub incerta casu assequendi, in hæredes transmittitur saltem in contractibus.
- 7 In legatis, & fideicommissis secus est, cuius differentia ratio remissè traditur.
- 8 Legati dies si iam cesserit, ita vt ius ad illud competens in pendenti non sit, id quidem etiam non agnatum ad hæredes transmittitur.
- 9 Quod procedit etiam in fideicommissis vniuersali.
- 10 Transmissio locus est in hæreditate quoad ius accrescendi, post coheredis aduentum mortem obueniens, eodem namque iure eius heres gaudet, & eius rei ratio, n. 21. & 22.
- 11 Ante hæreditatis delationem nullum ius in hæredes residet, quod transmittere possit.
- 12 Hæreditas delata, heres in ea ius habet aduendi.
- 13 Hæres in vniuersum ius defuncti succedit.
- 14 Hæres hæredis, primi testatoris est hæres, & qualiter hoc intelligatur, n. 15.
- 15 Regula illius, quod hæreditas non adita non transmittitur, varia rationes ab interpretibus traduntur, & verior eligitur, ac num. seqq.
- 16 Hæreditas nondum adita transmitti non potest, nec vt acquisita primo hæredi, nec vt acquisita per secundum, ei succedentem. ibid.
- 17 Hæreditas non nisi volenti, & animum suum quomodocumque declaranti acquiri potest.
- 18 Transmittendi hæreditatem ius ex eius delatione pendet.
- 19 Hæreditatem illi tantum lex defert; qui vel à defuncto hæredes scripti sunt, vel ab intestato ad eius successionem vocantur.
- 20 Hæreditas hæredum hæredibus delata non est, & ideo non potest per eos adiri.
- 21 Hæreditatis delata aduenda ius personale est, quod ad alium regulariter non transit, sed cum personâ